UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

R. P. Domitii Plati Societatis Iesv Theologi, De Domini Nostri Iesv Christi Passione

Piatti, Domizio

Coloniae Agrippinae, 1610

De causis efficientibus & finalibus Paßionis & necis Iesv Christi. Proœmium.

urn:nbn:de:hbz:466:1-49474

Visual Library

CONSIDERATIO QVINTA.

DE CAVSIS EFFICIENT-BVS ET FINALIBVS PAſsionis & Necis Iesv Christi.

QVandoquidem hactenus à no-
bis declaratum fuit, qua
eſſet perſona, quæ in ſacratiſ-
ma Paſſione, de qua hoc ope
agimus, paſſa fuit: & ſimul, quales qua
tosq́. cruciatus & dolores illa ſuſtinu
rit: reliquum eſt, vt videamus quæ ſi
cauſæ horum tormentorum. Nam c
Philoſophus rectè docet, cauſarum qu
In lib. poſterior.
rumcunque cognitio, in ipſius rei no
tiam nos promptè deducit: ac propter
perſpectis Paſſionis huius cauſis, plen
& integrior de eiuſdem Paſſionis exc
lentia & magnitudine notitia habe
tur. Et quoniam de cauſis materiali
& formalibus, quæ à perſona & torm
tis non diſtinguuntur, ſatis ſuperq́
ſuperioribus conſiderationibus act
fui

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

fuit: in ſequentibus capitibus breuiter de cauſis efficiẽtibus & finalibus huius Paſsionis tractabimus.

DE CAVSIS EFFICIENTIBVS PASSIONIS *ac mortis Chriſti.*

CAPVT I.

PRAESVPPOSITO eo, quod indubitata fide tanquam Fidei articulus credendum eſt, videlicet IESVM Chriſtũ Redemptorem noſtrum vera morte defunctum fuiſſe, iuxta vnanimem Euangeliſtarum aſſertionem, & illam B. Pauli Apoſtoli ſẽtentiam. *Cum adhuc peccatores eſſemus, Chriſtus pro nobis mortuus eſt*. in præſenti capite indagabimus & expendemus cauſas, quæ aliquo modo ad hanc mortem cooperatæ fuerunt: quæ ſecundum D. Thomę doctrinam, duorum ſunt generum: primum genus earum eſt, quæ directè mortem Chriſto intulerunt: ad quam pertinent perſecutores, iudices, falſi teſtes, carnifices, miniſtri, tormenta, & alia his ſimilia, de quibus ſufficienter in ſuperioribus tractatum fuit: alterum genus earum eſt, quæ indirectè ad eandem mortem con-

Chriſtus verè mortuus fuit.

Matt. 27. *Marc.* 15. *Rom.* 5.

3 *par. q.* 47. *art.* 1. Quot fuerint cauſæ necis Chriſti.